



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisvrgensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Confirmatio Rudolfi Caes. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

Confirmatio Rudolfi Cæs. I.

RUDOLFVS Dei gratia Romanorum Rex Augustus, Illustri Comiti **A**lberto primogenito suo, vel alij, quicunque Princeps seu Vicarius terræ Austriae pro tempore fuérit, gratiam suam & omne bonum. Ad hoc in eminenti dignitatis specula nos locauit altissimus, quod licet vniuersorum fidelium nostrorum commoditatibus debeamus intendere, personas tamen religiosas in suis tenemur libertatibus & gratiis specialiter confouere. Sane cum Illustris quondam Dux Austriae **Leopoldus** religiosis viris fratribus de Alderbach hanc gratiam duxerit faciendam, quod ijdem fratres bona sua quæ ipsis de prædio, quod habent in Austria, poterunt prouenire in vino, frumento & alio emolimento quo cuncti deducant liberè sine muta. Et nihilominus si quid eis ad opus prædicti prædij necessarium fuerit, sub eadem condicione sine qualibet contradictione reducant, prout in ipsorum Privilegio plane vidimus contineri: Nos' eodem. Fratres' in concessis sibi libertatibus & juribus conservari volentes fidelitati eua mandamus, quatenus eisdem fratribus gratiam libertatis huiusmodi à Mutariis omnibus, & quibuscunque aliis illibatae & inconveniens per omnia facias obseruari. Datum **Ratisbona**, 11. Idus Inni. Indictione IX. Anno Domini M. CCL XXXI. Regni vero nostri anno octauo,

Confirmatio Alberti Ducis Austriae.

ALBERTVS Dei gratia Dux Austriae & Stiriae, Dominus Carniolæ & Marchio Portus Naonis. Vniuersis suis fidelibus gratiam suam & omne bonum. Deudorum & Religiosorum virorum, videlicet Abbatis & Conuentus monasterijs in Alderbach cupientes prouectum & commodum ampliare, ipsisque specialiter in suis libertatibus & gratiis confouere, id instar Illustrium quondam **Liupoldi** & **Friderici** Ducum Austriae, nec non Serenissimi Domini & genitoris nostri karissimi Domini **Rudolfi** Romanorum Regis inuictissimi, favorabiliter admittimus, concedimus, & indulgemus: Quod ijdē fratres bona sua, quæ ipsis de prædio quod habent in **Austria**, poterunt eueneire in vino, vel frumento, & alio emolimento, quo cuncte deducant liberè, sine muta. Et nihilominus si quid eis ad opus prædicti prædij necessarium fuerit, sub eadem condicione sine qualibet contradictione reducantur. Propter quod vniuersis vobis & singulis iniungimus firmiter & mandamus, ne quis vestrum dictos fratres in gratia libertatis huiusmodi præsumat aliquatenus impeditre, vel aucto temerario prægrauare. Præsentium testimonio literarum nostri sigilli munimine munitarum. Datum **Wienae**, II. Non. Decemb. Anno Domini MCC. octogesimo quarto.

Privilegium Domini Rudgeri Episcopi super libertate
mutæ in Patauia.

Rudigerus Dei gratia **Patauensis** Episcopus in perpetuum. Tenore præsentium innotescat tam præsentibus quam futuris, quod nos dilectis in Christo fratribus Abbatii & Conuentui in Alderbach indulgemus. ut naues ipsorum victuallia deportantes liberè transire valeant **Patauia** sine muta, quibuscunq; rectorib; vel duotoribus existentibus in nauibus memoratis. Et ne super tali jure calumpnia in posterum ipsis debeant suboriri, præsentem paginam, sigilli nostri appositione & testiū subscriptione ipsis dedimus roboratā. Testes sunt hīj. **Cunradus** Decanus. **Cunradus** maior plebanus. **Meingotus** de Saldegk. **Ulricus** de Memingē